

TESTIMONIA.

LI

altera die, & deinceps loquente in eo Spiritu A sancto, tantam declamandi gratiam habuit, ut nullum sibi similem suo tempore inveniret. Scripsit Syro sermone pro instructione legentium quaedam devota opuscula. Ex quibus apud Latinos inveniuntur subiecta: videlicet.

De Spiritu Sancto, liber 1.

De compunctione cordis, liber 1. *Dolor me compellit.*

De contritione cordis, lib. 1. *Venite Charissimi.*

De poenitentia, lib. 1. *Dominus noster Iesus B Christus.*

De luctaminibus saeculi, lib. 1. *In luctaminibus hujus.*

De die Iudicii, lib. 1. *Venite dilectissimi.*

De resurrectione, lib. 1. *Gloria omnipotentis*

*Deo.*

De beatitudine animae, lib. 1. *Beatus qui odio habuerit.*

De cogitationibus, hom. 1. *In Scripturis C sanctis.*

De praedicatione dura, hom. 1. *Quotiescumque fratres.*

De celebratione mysteriorum, hom. 1. *Rogavos fratres.*

Planctus super Edissenam urbem, lib. 1.

Alia etiam non pauca edidit, maxime sermones & homilias ad populum, quae necdum ad notitiam meam pervenerunt.

Claruit sub Valentiniano & Valente, Beato Basilio amicissimus, sicut in ejus legenda poteris invenire. Anno Domini CCC. LXXX.

SIXTUS SENENSIS.

Ephraem Syrus, Diaconus & Monachus, sermones plurimos Syriaca primum, ac deinde Graeca lingua edidit in varios divinae Scripturae locos; ex quibus legi in Matth. 17. De Transfiguratione Domini homiliam unam incipientem, *De regionibus messis gaudia.*

*Bibliotheca Sanctae lib. 4. pag. 423. edit. Venet. 1575.*